

R. Lehen 4. Aug. 46.



36

Carissime, Perillustris, ac Summe VIR,  
BRUXELLAM SEPTENARIAM, Græpi titulo ornatam,  
ad te nuper misi. Magnum munus, quia Verber dedi:  
parvum tamen, quia scribi amplius potuit. Sed quid  
à Sene exigas? non annis tantum consito, sed  
variis, etiam curis? Ut rem tamen dicam, stimu-  
lari sic magis ad Literarum amoenitatem videor,  
audè que, ut multa contemnam, suaviter p̄ Siloso-  
phari. Nunc Sane etiam epistolam vide; quae tam  
fortassis non erat, ut mitteretur. Colligere plures,  
et novas aliquot Centurias instruere est animus:  
à tuo autem nomine pretium comparare. Si non  
facundè, doctè, eleganter; ad facundum tamen, do-  
ctum, elegantem saepius iam scripsi, et humanitate  
tuâ usus sum. Hanc nunc imploro quoque, sed  
in causa Viri omnino boni, et Amici mei; qui ver-  
bulo uno tuo iurari poterit, si Excelsissima  
Princeps, iam favens, interpelletur. Schedula  
quam adiungo, rem explicabit, ab ipso conscripta  
Amico, mihi que tradita: ut frustra sic quidem  
plura verba faciam, nisi preces patiaris addi. Co-  
gita preces esse, quicquid iam dixi. Rogare autem  
ipsa res videtur, <sup>ut</sup> postquam dimisit Verum captivum  
Vobis Gubernator, Optioni Centurionis, à quo  
captus fuit, silentium imponatur. Si error fuit,  
bonâ fide noster peccabit. Sed an ego pecco?  
Sic tamen me ama, et vale. Lovani, in Arce, XIII.

BRUXELLAE meae  
Sacc etiam pagina  
adijcienda est; ut  
minus displiceat.

Kal. Aug. M. DC. XLVI.

Tuus toto animo





E. Puteanus.

Hug. 37. Divini Carminis tui Genius LANGRENUM nostrum  
ad Caelum everit.











3